

+ 148.

**König Wilhelm gewährt dem Kloster S. Maria de Valle Iosaphat Befreiung von Abgaben im Hafen von Messina < sowie weitere umfangreiche Freiheiten > .**

Messina, 1188 Januar

Palermo, AS *Tabulario di S. Maria Maddalena di Valle Giosafat*, perg. n. 62, Pseudooriginal, 342 x 458 mm [ A' ] — Palermo, AS *Real Cancelleria* 3, fol. 129r - 133r [ C ] — Palermo, Biblioteca Comunale Ms. Qq H 11, fol. 142r - 146v.

Editionen : HEINEMANN, Urkunden 46 - 48 Nr. 26 nach A', mit Auslassungen [ Hei ] .

Regesten : B. — ; KOHLER, Chartes 158 - 159 Nr. L ; Enz. 156a+

Wie alle "*Regium signum*" - Urkunden aus dem Bestand von Iosaphat ist D +148 eine Fälschung; vgl. zu dem Fälschungskomplex bereits KEHR, Urkunden 356 ff. A' ist von einer Hand des 13. Jh. mit dunkelbrauner Tinte geschrieben; das südliche Pergament, das leichte Stockflecken aufweist, war nicht liniert worden, weist zwei Siegellöcher auf, für eine tatsächliche Besiegelung jedoch gibt es keine Spuren, die gerade bei dem angekündigten Wachssiegel zu erwarten gewesen wären. Die Plica ist heute aufgebogen, mit einer Breite zwischen 42 und 47 mm, was auch in echten Urkunden vorkommt. Noch aus dem 13. Jh. stammt der Rückvermerk *Privilegium Regis Guill(elm)i*, die Hand ist aber nicht dieselbe des Rückvermerks auf D 136; der zweiten Hälfte des 14. Jh. ist der Vermerk *Privilegium Regis Guill(elm)i | liberatatis nostre continens* zuzuweisen.

Für den ersten Teil ist D 136 Vorurkunde, insoweit sind die dortigen Bestimmungen über die Vergünstigungen im Hafen von Messina auch als authentisch anzusehen. Ebenfalls auf D 136, allerdings mit Erweiterungen (*regio edicto*) und Umformungen, geht der Abschnitt "*Statuimus itaque*" zurück. Auch in *Precipimus eciam* wird D 136 verwendet. Insoweit ist D 136 als echtes Gerüst anzusehen, in das vor allem zahlreiche Befreiungen von Abgaben eingefügt worden sind. So wurden die echten Handelsbestimmungen für Messina auf das ganze Königreich erweitert, es finden sich jedoch auch Wiederholungen. Die *Corroboratio* weist zwar Elemente des Kanzleistils auf, aber die Erwähnung eines Wachssiegels, das an dem Mandat D 136 tatsächlich vorhanden war, wegen des Fehlens der *Corroboratio* in der Mandatsform in der Urkunde allerdings nicht erwähnt wird, ist Indiz für Interpolation. Die Pönformel stammt aus D +46, die Befreiung vom Militärdienst aus D +62, in dem auch *regium edictum* zu finden ist. In der Datierung sind die eigentlichen Datumsbestandteile unverfänglich, sieht man von der merkwürdigen Formulierung *anno domini ab incarnatione* ab, die Aushändigung allein durch den

Vizekanzler jedoch kommt in authentischen Diplomen nicht vor, findet sich aber z.B. in den Calopetrus-Fälschungen.

✠\* Regium signum. In Nomine dei Eterni et Salvatoris nostri Jesu Christi, amen. ✠ | Guill(elmu)s<sup>a</sup> Dei gratia rex Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue. Per hoc presens<sup>b</sup> scriptum notum facimus, quod Helias et Stephanus, fratres ecclesie Iosaphat, Messanam ad nostram curiam venientes exposuerunt, quod in ruina, quam domus eorum de Calabria passa est ex terremotu, amiserunt quoddam privilegium domini magnifici regis Rog(erii), avi nostri felicis memorie, quod se habuisse dicebant de libertate ecclesie sue et de his, que ad opus ecclesie Iosaphat a portu Mess(ane) sine aliqua datione<sup>c</sup> et ancoratico ann(is) singulis extrahebant, et supplicaverunt attentius<sup>d</sup> celsitudini nostre, ut, quia perdiderant privilegium ipsum autenticum, scriptum nostrum inde ipsi ecclesie Iosaphat ad munimentum fieri faceremus. Et dum requisiti essent, si de hoc, quod proposerant, certificare possent curiam nostram, produxerunt in conspectu curie nostre testes videlicet notarium Nicholau(m) presbiteri Leopardi, notarium Tibaldum, notarium Andronicum, notarium Johannem de Ecclesia Nova et notarium Gregorium Lagadari, portulanos Mess(ane), qui testificati sunt et dixerunt et super sancta Dei evangelia iuramento firmarunt, quod ecclesia de Iosaphat per privilegium prefati gloriosissimi regis Rog(erii) avi nostri beate recordationis, quod<sup>\*</sup> viderant et audierant, libertatem habebat in omni regno nostro et consuevit libere absque aliqua datione<sup>e</sup> et exactione extrahere a portu Mess(ane) inter pellicias, toninam, taminias, caseos, scutellas<sup>f</sup> et pannos laneos et lineos pro indumentis fratrum, ferrum, acerum et lignamina aliaque necessaria mittenda ultra mare, de quibus duana nostra singulis ann(is) computabat portulani Mess(ane) pro iure portus centumet viginti tarenos ad pondus Mess(anense) . Ipsi etiam portulani sub eodem iuramento testificati sunt et dixerunt, quod cum propria navis ipsius ecclesie veniebat Messanam onerata victualibus, lignaminibus, vino et baconibus vel aliis rebus, libere illam exonerabant et onerabant et vendebant vel emebant nullo loerio vel anchoratico pro eis dato portulani Mess(ane) , res quoque suas de Pat(er)none libere deferebant et vendebant<sup>g</sup>. Nos autem, audito testimonio predictorum portulanorum Mess(ane), quod super hoc protuler(unt) et recepto iuramento, quod exinde prestiterunt, ad preces et supplicationes eorundem fratrum presens scriptum nostrum sigillo nostro roboratum predictae ecclesie Iosaphat ad munimentum inde fieri fecimus . Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia et quondam in regno nostro possedit et in presencia possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione nostrorum heredum, regum scilicet<sup>h</sup> vel principum seu comitum, baronum aut quorumlibet aliorum fidelium nostrorum adipisci poterit, firma et illibata perpetualiter volumus et concedimus esse. Statuimus itaque et regio edicto

sancimus <sup>i</sup>, ut prefata ecclesia de cetero universa <sup>j</sup>, que in regno nostro \* possidet aut in posterum iusto acquisitionis <sup>k</sup> titulo abitura est, libere et absque exactione aliqua perpetuo iure possideat et ut nulla omnino persona alta vel humilis, ecclesiastica vel secularis persona <sup>l</sup> sive aliquis baiulorum nostrorum presumat, possessiones eorum perturbare vel diminuere nec aliquam angariam hominibus ipsorum inportare neque de rebus usui eorum necessariis, quas vendunt aut emunt, vel de bestiis illorum aliquam <sup>m</sup> exigere vel extorquere. Volentes etiam omnes hoberdientias <sup>m</sup> ecclesie sancte Marie de Vall(e) <sup>n</sup> losaphat et homines earum quiete et libere vivere cum possessionibus illorum et animalibus eorum, volumus et mandamus, quod ipsi per totum regnum nostrum in tenimentis nostris, comitum etiam, baronum et ceterorum fidelium nostrorum pascua habeant libera sine exactione aliqua pro animalibus eorundem. Absolvimus etiam eos et volumus esse immunes ab omni exactione exercitus terreni pariter et marini, a lignaminibus galearum, a reparacione castrorum, a conforo et adiutorio, ab omni angaria et servicio et parasporio et omni terreno servicio nobis aut curie ipsius loci pertinente. Volumus preterea quod de omnibus rebus, quas ipsi monachi sancte Marie de Valle <sup>o</sup> losaphat aut homines eorum pro ipsa ecclesia emunt aut vendunt vel ad ecclesiam suam, que est in Jerusalem, mittunt, nullus ab eis census vel tributum terreni seu marini precii accipiat. Homines eciam vel villani eorum non cogantur in causis nisi in propria curia ecclesie et coram iudicibus eius alicui respondere. Preterea eandem concessionem ponimus et constanter tenebimus, quatinus, si aliunde supervenerint aliqui homines, exceptis angarariis, et locum habitare velint, eos sicut indigenas servabimus et defendemus libere et absolute et omnibus obbedienciis iamdicte ecclesie libertates et omnes bonas consuetudines secundum quod in eorum privilegiis continetur, volumus inviolabiliter perpetuo observari. Quod si quis temere presumpserit <sup>p</sup> attemptandum, centum libras auri pro pena componat, mediam partem camere nostre, reliquam <sup>q</sup> vero patientibus iniuriam. Precipimus eciam, ut navis predictae ecclesie losaphat Messane onerata veniens vel exiens eam habeat libertatem in portu Messane, quam ibi ex antiquo dignoscitur habuisse et de cetero singulis annis, quando habuerint et voluerint, res ipsas extrahere, que superius nominate sunt, tantum de eisdem rebus extrahant a portu Messane libere et absque aliqua datione, ut inde computari <sup>r</sup> debeat portulanis Messane centum et viginti tarenos ad pondus Messane et ut propria navis eiusdem ecclesie Messane, sicut predictum est, onerata veniens vel exiens eam habeat libertatem in portu Messane, quam ibi hactenus habuisse per

predictos testes probatum est et superius continetur. In omni portu regni Sicilie sine navali exactione libere intrare et exire liceat cum navibus et omnibus rebus vestris et intrare civitatem Messane cum rebus vestris et exire sine aliqua tributali consuetudine. Ad huius autem protectionis et concessionis nostre memoriam et<sup>s</sup> inviolabile firmamentum presens privilegium conscribi et nostre maiestatis sigillo cereo iussimus communiri. Data Messane per manus Mathei vice cancellarii, anno domini ab incarnatione millesimo centesimo octuagesimo octavo, mense<sup>t</sup> Ianuarii, sexte indictionis, regni vero domini nostri Guill(elm)i Dei gratia magnifici et gloriosissimi regis Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue anno vicesimo tercio<sup>u</sup>, feliciter amen.

---

<sup>a</sup> W. *Hei*.

<sup>b</sup> *fehlt Hei*.

<sup>c</sup> dacione A'

<sup>d</sup> attencius A'

<sup>e</sup> dacione A'

<sup>f</sup> a *corr. ex e* A'.

<sup>g</sup> vindebant A'

<sup>h</sup> silicet A', *Hei*

<sup>i</sup> sanctimus A', *Hei*

<sup>j</sup> a *corr. ex e* A'

<sup>k</sup> adquisicionis A', *Hei*

<sup>l</sup> *fehlt Hei*.

<sup>m</sup> hoberdiencias *Hei*.

<sup>n</sup> Vallis *Hei*

<sup>o</sup> Vallis *Hei*.

<sup>p</sup> persumpserit A', *Hei*.

<sup>q</sup> reliqua A', *Hei*.

<sup>r</sup> compensari *Hei*

<sup>s</sup> et-*Ligatur fast erloschen* A'

<sup>t</sup> messe A'.

<sup>u</sup> *auf Rasur* A'.